



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati  
mortalis Libri Qvinq[ve]**

**Pelecycus, Johannes**

**Monachii, 1615**

XXI. In quo peccator Christum Dominum offendat?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

20. 10. 17.

suam pro ouibus suis posuit, gregem-  
que suum, vt in rapinam nō sit,  
saluat. Viuorum tandē ac mor-  
tuorū olim erit Iudex. Et hunc,  
qui in mundo via fuit, in cœlo  
vita, in terra pretium, in cœlo  
præmium, in terra sacrificium,  
in cœlo gloria, peccatum mor-  
tale offendit? O tartareum pec-  
catum. O diaboli virus.

## CAPVT XI.

In quo peccator Christum Domi-  
num offendat?

**E**O, quo, factis ipsis profite-  
tur se hostem & inimicum  
Christo; vult enim ipse & impe-  
rat bonum, & non vult iniqui-  
tate, iuxta illud: *Manè astabo tibi,*  
*& videbo, quoniam non Deus volens*  
*iniquitatem tu es; qui peccat autē*  
*malum vult, & quod iniquū est,*  
*Christus etiam Dominus noster*  
*c. 14. 9. odit peccatū; similiter, ait sapiēs,*  
*odio*

odio sunt Deo impius & impietas eius,  
peccator autē amat illud, obuijs-  
que manibus amplectitur. Chri-  
stus item peccatum non fert, nō  
tolerat; vnde vt illud aboleret,  
innumera, & in his turpissimam  
quoq; crucis mortem passus est;  
peccator verò ipsum fert & tole- *Zach. 5. 7.*  
rat, eiusq; amore talentū quoq;  
plumbi, malaq; plurima, quæ se-  
cum peccatum affert, euersionē  
scilicet animę status, perturbationi-  
onum seruitutē, Dei odiū, teter-  
rimorum spirituum societatem,  
gratię & virtutum iacturā, cæli  
exilium. Christus insuper homi-  
nem impium redemit, Diabolo  
rursus ille se vendit; Deo illum  
Domin⁹ noster recōciliauit, ipse  
rursus se ab eo alienat; Cælestē  
medicum respuit; capitis Chri-  
sti influxum floccipendit; sacer-  
dotis summi maxima & pretiosa  
promissa & data repudiat; le-  
ges

ges sanctissimas reijcit, prophetias, doctrinas, & diuina monita nihili facit; boni pastoris ductum aspernatur, iudicis comminationes, negligit; quoniam eum, ceu signum contradictionis mortiferas sagittas dirigit; supra dorsum Christi fabricat, eum crucifigit. Tandem Christus Dominus noster vitæ virtutumque suarum exemplum, quod sequeremur, reliquit, homo confeceratus humilitati illius superbiam, abnegationi rerum caducarum auaritiam, charitati inuidiam, mansuetudini iram, sobrietati intemperantiam, zelo acediam, modestiæ lasciuiam, honestati turpitudinem, paupertati diuitias, luctui gaudium, contemptui honoris ambitionem, cruci corporis curam, multis parasangis præfert. *Am-*

*ps 128 3.**Hebr. 6. 5.**s. c. 4. 3.**bulat, vt D. Petrus inquit, in luxurijs,*

*curijs, desiderijs, violentijs, commes-*  
*sationibus, potationibus. Scipsum;*  
 iuxta D. Paulum, amat, cupidus  
 est, elatus, superbus, blasphemus, pa- 2. Tim. 3. 2.  
 rentibus non obediens, ingratus, scele-  
 stus, sine affectione, sine pace, crimi-  
 nator, incontinens, immitis, sine beni-  
 gnitate, proditor, protervus, tumidus,  
 & voluptatum amator magis quam  
 Dei, habens speciem quidem pietatis,  
 virtutem autē eius abnegans. Verbo: In Ep. ad  
 volutari<sup>9</sup> demon est, eū vt D. Chry- Rom. c. 15.  
 sostomus appellat. An iam vl-  
 la maior iniuria ab homine in  
 Christum Dominū nostrū pro-  
 ficisci potest? an grauius offendi  
 potest? an vlla Deo potest iusti-  
 or irascendi esse causa? O infa-  
 matam peccatoris & perfidiam  
 & infaniam.

## CAPVT XII.

*Beata augustissimaq; virgo Maria*  
*peccato offenditur.*

illa